

mus in illa conjugio, quæ teste Gregorio Turonensi de glor. Confeſſ. cap. 32. cum marito, ſervata utriusque virginitate vixerat; cum enim mortua ſepulchro interierat, & maritus ſibi ipſi applauderet, alta voce inquit: Gratias ago Deo meo, quod illi conjugem meam impollutam reſtituit! Ecce, conjux de ſepulchro vocem edidit, clamavitque: Sile! Sile vir Dei, quia necesse non eſt noſtrum aperire ſecretum! timebat virgine conjux, ne dum meritum ſuum panderetur, & ipſa & maritus mercedem perderet. Jam progredior ad alia.

§. II. *Secundo, debent Deo ſoli aſcribi.*

5. Opera noſtra ſoli Deo, non nobiſmet ipſis attribuenda ſunt; quare & quia principaliter Deus omnia opera noſtra operatur in nobis: ſi movetur, Deus nos movet: ſi laboramus, ipſe vires ſubministrat: ſi vigilamus, ipſe nos excitat: ſi ſurgimus, ipſe nos ſublevar: ſi ſtudeamus, ipſe cogitationes ſuggerit: ſi currimus, ipſe nos portat. In iſto tandem obſervandum, *movetur & ſumit.* (Act. 17.) Deus eſt primus motus, & totum movetur omnia: ſi tuam Deo concuſum ſubtraheret, non oculus videret, non auris audiret, non lingua loqueretur, non intellectus ratiocineretur, nec homo aliquod opus quantumvis exiguum facere poſſet. *Sine me nihil poſſiſti facere.* (Jer. 15.) Audiamus diſcurſum notatæ digniſſimum.

6. Sicut non eſt antiquior, ita nec eſt ſuperior ars quam agricultura, laborem tamen, induſtriam, & ſollicitudinem quaſi diurnam, non ſturmamque requirit: hinc induſtrioſi agricoltæ, ut uberem ſibi meliorem comparent, frigæ & æſtium, ſitim & famem, nives & pluvias tolerant. Summo mane, abrupto ſomno caeant, terram ſolant, arant, occant, ſtercorant, & terram ad temperatam varietatem, ad ventorum qualitates, ad ſiderum ortum, occaſum, & influxus ſollicita obſervatione reſpiciunt, & tamen ſepe ingrati anni ſterilitas, ſepe ſecitas, ſepe inopinatus grando, aut aliud infortunium, quo miſerorum ſpes in momento atteritur & fruſtratur. Quin ipſe perſequerent contingit, quod ager folium mediocriter aut perſeſtorie cultus uberoſum fructus parvatur, & quam qui ſumma cum induſtria ad omnes agriculturae regulas ſuit preparatus. Quæ cauſa hujus rei? nimirum Dominus Deus aperte vult demonſtrare, & terræ ſecundatorem & fugam ubertatem non ex humana induſtria, ſed ex ſua benedictione dependere: ita loquitur in hunc rem S. Chryſoſt. Hom. 4. in Gen. *Etiam ſi homines terram operentur, & magna ſit eorum temperantia, & omnia alia concurrant, niſi manus Domini accedat, omnia alia fruſtra, & in vanum ſunt.* Par ratio ſe habet in aliis ſcientiis & artibus: Inveniamus belliducem expertiſſimum, qui exercitum ducit numeruſum, animoſum, & omni armorum apparatus apprime inſtructum: jam ſpe devorata urbes ac regiones, atque victoriam tibi indubi-

tanter promittit: & tamen cum ad pugnam rei decretoriam pervenit, ab exigua ſape adverſariorum manu, nec numero, nec viribus æquali, funditur, cæditur, proſtratur, & in fugam diſpergitur. Inveniamus ſtudioſum: eſt homo ingenioſus, & in omni literatura genere veſtiſſimus, diu noſtate inſudat ſtudio, & cunctum cauſas proſpero luſcitæ evincit, & tamen licet quotidie patronorum limina falſe, ſperatum quoque promotionem non ſolum non obtinet, ſed inſuper hominem rudem ac incultum ſibi præferri conſpicit. Quæ cauſa hujus rei voluntas & benedictio Dei deſit? Deus eſt, qui omnia in hoc mundo diſponit & ordinat! *Niſi manus Domini accedat, omnia alia fruſtra, & in vanum ſunt.* Jam ad noſtrum propoſitum revertamur! ſi in naturalibus & politicis ita ſe res habet, ſi agricola meliſem, ſi bellidux victoriam, ſi ſtudioſus promotionem, ſi alii omnes ſelicem laborum ſuorum ſuccellum Deo in acceptis referre debent, quanto magis id verum erit in ordine ſupernaturali gratis & meritoꝝum? mi Chriſtiane, non eſt poſſibile, ut unicam cogitationem bonam, aut eam modis meritoriam, elicere valeamus ſine Dei gratia, quæ nos præveniatur, illuminet, excitet, adjuvet, & nobilitum operetur: (2. Cor. 3.) *Non ſumus ſapienter, cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſuſtinentia noſtra ex Deo eſt.* Quails, quantumque Vir Dei erat S. Paulus, prædicabat, corpus ſuum caſtigabat, pro ſalute hominum die noctueque laborabat, & tamen hæc omnia non ſibi, ſed Deo tribuebat: (1. Cor. 15.) *Gratia Dei ſum id, quod ſum!* Eandem in morem de te ſentire debes, mi Chriſtiane, ſi in grave ali- quod peccatum non incidideris, ſi a ſtatu peccati ad Deum converſus ſis, ſi Dei mandatis obtemperaveris, ſi de inordinata paſſione triumphantaveris, ſi ad virtutem propenſus, ſi bonis operibus intentus, ſi humilis, ſi caſtus, ſi patientiſſis, ſi ſimile crede, quod hæc omnia a Deo habeas: *Omnis virtus, & magna ſc. parva a Domino Deo eſt,* concludit totum diſcurſum S. Auguſtinus lib. de Nat. boni c. 12.

7. Sed nunquid, inquis, ad ſerviendum Deo etiam noſtra cooperatio ne opus eſt? Bene dicis! Ergo opera noſtra, etiam noſtra ſunt, in quantum ex noſtra cooperatione procedunt? Licetum eſt, quod nos conferimus! opera noſtra parva a Deo, quam a nobis ſunt, quia a nobis eſt non poſſent, niſi prius a Deo eſſent. Hædera ita debitis & imbecilla eſt, ut humi repere ſoleat: ſi ramos nudo aut arbori adhaereat, in alium ſeſe extollit: ſic opera noſtra poſſe exigui ſunt pretii, & quaſi humi reputant, verum per Dei gratiam ſunt Deo grata, & celi meritoria: plus igitur a Deo, quam a nobis dependent, & conſequentur Deo tanquam eorum autori tribuenda ſunt, ita, ut quæſcunque opera facimus, ſemper in ſpiritu humilitatis faciamus cum Palmita: *Non nobis Dominus, non nobis, ſed nominis tuo da gloriam.* (Eſ. 113.) Vis aliam ſimilitu-

ilitudinem? Vade ad Prophetam! dicit tibi, quod non aliter noſt habeamus, quam gladius in manu pugilis, & inſtrumentum in manu artiſicis, atque demum hæc verba ſubnectit: *Nam quid gloriamur ſerviti contra eum, qui ſecat in ead. nos exaltabit ſerra contra eum, a quo trahitur!* (Iſ. 12.) Hæc quoque, mi Chriſtiane, ego ad alia!

§. III. *Tertio, debent ad Deum tanquam ſuam referri.*

8. Opera noſtra non ad alium ſinem, quam ad Deum referenda ſunt. Quomodo? qua ratione? actiones, quantumvis ex natura ſua bonæ ſunt, ut jejulare, orare, elemoſynas erogare, & alia his ſimilia, ſi ſiant ex vana gloria, vel alio pravo affectu, malus ille affectus, & prava intentio eſt modicum illud fermentum, quod totam bonæ operis maſſam corrumpit, quodque tantam bonis operibus malitiam inſundit, ut bonitatem ſuam perdat, & ex bonis mala ſiant. Sed e contrario etiam opera, quæ ex natura ſua indifferentia vocamus, per rectam intentionem bona ſunt, ut ſunt ambulare, ſtudere, laborare: item opera, quæ nobis cum brutis communia ſunt, ut concedere, bibere, dormire, audire, videre, de his omnibus enunciat Auguſt. *Bonum opus intentio facit!* (S. Ambr. in Hæc.) O mi Chriſtiane, quanta eſt Dei in te benignitas, quantaque tua ſeſicitas, quod ex operibus, quæ ſtatu tuo conveniunt, imo quæ etiam natura neceſſaria ſunt, meritis diſcedere poſſis? Narrat Lærtius in America l. 1. c. 9. in Inſula Cuba non raro inveniri tantæ magnitudinis teſtudinibus, quæ quinque viros in ſua teſta ſuſtinent, & cum eis prorepant. Plinius apud. autem tantas eſſe aſſimat, ut ſingularum ſuperficies habitabilem caſam inſtare teſti contegant. De his memini me legiſſe, hominem itineris tedio fatigatum, ſub veſperam ingens quoddam ſaxum, ut ille quidem opinabatur, ne a venoſis animalibus inteſtaretur conſcendiſſe, ibique noctem dormiendo tranſegit. Verum cum mane evigilaret, deprehendit, ſe tribus paſſuum milibus a loco illo, in quo putativum ſaxum conſcendiſſe, conſecum fuiſſe, ſimulque intellexit, non ſaxum illud, ſed teſtudinem fuiſſe ingentem, quæ interitum immobilis ſubſiſtiſſe de nocte vero rependo & pabulando quaſi inſenſibiliter progreſſa fuiſſet. Hæc eadem ſors in ſenſu morali eſt eorum, qui intentionis exercitio ita norant, etiam dormiendo in meritis progrediuntur, & dum in noctem Deo omnia momentum, omnes halitus, omneſque arteriarum pulſus offerunt, mane factiores largiant, quam veſperi cubitum conſecerunt.

9. Quæris forteſſe, quomodo hæc intentio comparata eſſe debeat? Percipe! juxta Theologorum doctrinam actiones ſpecificantur ab obſjecto, ſeu a motivo & fine, quem ſibi agens in operando propoſuit v.g. jejulare ad fatiſcendum pro peccatis, eſt actus penitentia: jejulare ad vincendas carnis tentationes eſt actus caſtitaſis, jejulare ad liberandas animas & purgatorio eſt actus charitatis proximi: jejulare

ex amore in Deum, eſt actus charitatis Dei: ſi omnes ſines, quos ſibi proponere quis poſſet in operibus ſuis, boni ſunt & laudabiles, ſed præcipuus ſine, ad quem quis ſuis dirigere debet actiones, eſt Dei amor, ejuſque gloria. Atque hunc ſinem præ cæteris tribuit actus gentium Apoſtoliſ: (1. Cor. 10.) *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite.* Hanc ſinem ſemper reſpexit piſſimum Imperator Jovinianus, (Ponant. artio. holl. p. 2. lib. 47.) qui in Imperii regimine, in belli apparatus, in pacis quiete, in vigiliis, in moleſtitiis, in perſecutionibus, in proſpera & adverſa fortuna, unicam Chriſti gloriam tanquam ſcopum ſibi præfixit, & ideo pro ſymbolo hæc verba aſſumpſit: *Scopus vite mee Chriſtus eſt.* Hunc ſinem ſemper reſpexit Cardinalis Farnexius, poſtea ſub nomine Pauli III. Pontifex Romanus, (Liber. Symbol. de Card.) qui ut demonſtraret, quam impenſe actiones omnes ad Dei gloriam dirigere vellet, proſcuto gentilitio ſagittam aſſumpſit ad ſcopum directam, una cum lemmate: *Sine nitente ſagittam, Hunc ſinem ſemper reſpexit piſſimum Chriſti ſpinea Magdalena de Pazzi, (Conſol. opoſ. ſpir. v. 2.)* quæ ſicut Seraphico Dei amore nunquam non arſit, ita dicere ſepe ſolebat: ſi crederem me uno ſolo verbo, diſſe ob alium ſinem, quam ob amorem Dei poſſe evadere Seraphinum, nunquam illud dicerem. Hunc ſinem ſemper reſpexit S. Francisus Saleſius introd. p. 4. c. 6. qui dicta, facta & cogitata omnia unice ad Dei beneplacitum ordinare, & dicere perſequerent ſolius eſt: Si vel pilam in me deprehenderem qui a Deo non oriretur, vel ad Deum non referretur, cum quocunq; evellerem. Hunc ſinem ſemper reſpexit veterum Monachorum aliquis, nomine Zeno, (Sanct. Reg. Dei p. 4. c. 6.) qui cum ſolitudinem contemplatione deſixus circuiret, obvium habuit Macedonium Imperatorem, interrogantem eſe ſe quid ageret: intulit vicium Zeno, & quod tum eſt hoc loco negotium? reſpouit Imperator, venatio eſt meum negotium: cui Zeno: ego quoque venationis vaco; quia non ceſſabo, donec Deum, quem conſectari deſidero, apprehendam &c. Hunc ſinem, mi Chriſtiane, necesse eſt, ut & tu in omnibus actionibus tuis ad Dei gloriam & animæ tuæ ſalutem reſpicias. Vos Judices, vos Juſtiſperiti, vos Patres-Familias, vos Opifices, vos Agricoltæ, qui laboribus, ac ſecularibus negotiis ita implicati eſtis, ut tempus vobis ad preces & pia opera non vacet, ſaltem actiones veltas per piam intentionem ad ſupernaturalem meritum elevare fatigat. Navis quocunq; curſum dirigat ſive ad Orientem, ſive ad Occidentem, ſive ad Meridiam, ſive ad Septentrionem, ac nautica ſemper polum reſpicit: ita ait S. Francisus Saleſius, ſive proſpero, ſive adveſto vento paſſemur, ſive in pace, ſive in bello vivamus, ſive edamus, ſive bibamus, aut aliud quicquam ſciamus, ſemper Polum, id eſt, Deum reſpice: & omnia ad ejus gloriam dirigere debemus. O quam multi mortalium procul ab hoc ſcopo

abundant, & in suis actionibus nihil minus quam Dei gloriam intendunt: Cur Patres Familias filios suos magna cum sollicitudine scientis imbuunt? non alium in finem, nisi ut eos ad seculi dignitates evahant, & familiam suam amplificent. Cur juvenes noctes insomnes ducunt, & penitus rem familiarem gravant, & munera meritis addunt? Non alium in finem, nisi ut viri creaturæ placeant, & fucati vultus gratiam sibi concilient. Cur adolescentulæ singulis, & praesertim festis diebus ad speculum se crispant, peñtunt, ornant? Non alium in finem, nisi ut incautum juvenem cui placere cupiant, alliciant, decipiant, illaqueent. Quid intendit ambitiosus? nihil aliud, nisi ut ad seculi dignitates arripat? Quid intendit avarus? nihil aliud, nisi ut crumenum pecunias faciat. Quid intendit luxuriosus? nihil aliud nisi ut libidinem faciat. Quid intendit ebrius? nihil aliud, nisi ut vino voluptuose, sese ingurgitet. Quid intendunt omnes peccatores? nihil aliud, nisi ut cupiditatibus suis satisficiant.

10. *Epitaphium.* O miseri mortales, quam procul a me vestro aberratis! Eja remetimini viam! colligenda sunt bona opera, si salvi esse cupitis! quomodo autem bona opera constituta esse oportet, ut Deo placeant? Beatissima Dei Genitrix, ut omnis navis expers fuerit, tamen legi Purificationis se ultro subiecit, ut puritatem suam coram mundo claret, ut illum unice Deo in acceptis referret, & ut se Deo totam corpore & anima consecraret. Hæc ritapuncta in quolibet opere bono inveniri necesse est, prout hæc omnia explicatum fuit. In primis opera bona coram mundo occultanda sunt: ubi tamen differentia faciendi est inter opera voluntaria & illa, quæ casualis vocationi ac statui conveniunt: hæc vult Christus Dominus ad exemplum aliorum publice fieri, ut sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum. (Matth. 5.) Illa autem vult in abscondito, aut saltem non ad ostentationem fieri dicens. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Dein opera bona soli Deo, tanquam auctori adscribenda sunt, quisquis enim in suis viribus confidit, & ex se ipso ad aliquem sanctitatis gradum asurgere possit, idem facit, sicut olim S. Artemius, ac si cribrum hauriret aquam, & in canalem periculum insunderet. (Sapientia in Tit. 2. Scriptura.) Denique opera nostra ad finem supernaturalem, ipsi quoque Deum referenda sunt, idque mi Christiane, non tam est libertæ voluntatis, quam obligationis: Vis probationem? Nonne totus quantus a capite ad calcem Dei es? Ita est! Nonne si totus Dei es, etiam corpus tuum & anima tua Dei sunt? Ita est! nonne si corpus & anima tua Dei sunt, etiam potentia anime, & sensus corporis Dei sunt? Ita est! Nonne si sensus corporis & potentiarum operationes Dei sunt? Ita est! ergo siquid cogitas, siquid memoraris, siquid amas,

In Festo S. Mathie Apostoli.

CONCEPTUS XLVII.

De nonnullis defectibus, quibus bonorum operum merita coram Deo corrumpuntur.

Cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis. Act. 1.

Sape Deo exiguum opus magis placeat, quam grande aliud.

I. **D**um hodie Discipuli Domini collegialiter congregati sunt, in locum proditoris Judæ novum Apostolum electuri, in mentem mihi venit alia id genus electio, quæ materiam, quam in cathedra tractamus, haud inepte convenit. Postquam Rex Saul a Deo reprobatum fuit, Propheta Samuel iustus est descendere in domum Ithi humilis agricolæ, quem in finem patris ut ex septem ejus filiis Regem Israel constitueret. Paravit Propheta præcepto! & ecce! dum domum ingreditur, erecta cervice occurrit illi filius natu maximus Eliab, quem ipsa statura proceritas ad regni dignitatem commendabat. Verum Propheta a Domino Deo edoctus est, non hunc esse electum: Ne respicias vultum eius. (1. Reg. 16.) sublequebatur ergo Aminadab, secundo genitus, juvenis decorus forma, & vultu amabilis: an hic scepro & corona destinatur? Neque quibus: Non huic elegit Dominus. Igitur se fessit tertio genitus, nomine Samra, non minus prudentia regno, quam virium robore bello idoneus; an iste ceteris præferendus erit? Nec aliter: Etiam huic non elegit. Sic ceteris regni candidatis Sator rogavit, nullum filiorum superest? Nullus, ajebat iste, præter rusum ac bipalmarem puerum, qui pascendis ovibus rari versaret. Cito mitte & adduc eum; misit parens, & filiolam natu minimorum admixit, atque hunc Viri Dei unxit de medio fratrum suorum. Itane hunc abjectum, despectum & imbecillum patorculum? Ita est, hunc, & rationem reddens ipse Deus statim subnectit: Homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Jam ad nostrum propositum, mi Christiane, totum paulo post hoc vitæ spatium ad finem perducito, coram Deo iudice comparebis, plurima, exque insignia virtutum opera ad Divinum tribunal tecum afferens.

tens. (Ezech. ferm. 25. num. 10.) Quodnam opus putas præ ceteris ad æternæ gloriæ coronam assumetur? an grandis illa elemosyna, quæ in opem illam dotata? an austeritas penitentia, quæ corpus ulque ad sanguinem castigasti? an facellam aut altare, quod Deo aut sanctissimæ Virgini erexit? Nihil ex his! Ne respicias vultum eius! quamquam enim præstantissima sint hæc opera; si tamen debita intentione careant, aut occulto defectu laborent, rejicientur, & loco horum exilite atque in oculis hominum contemptibile opus v. g. obolus pauperi datus, aut refracta oculorum curiositas ad regni celestis coronam evehetur. Non capis quæ dico? Ergo mentem meam & simili edisce! Dic quænam creatura est præstantior, sol an formica? putabis solem esse præstantiorem, sed vehementer deciparis; quamquam enim radiosa venustate universum orbem adeo illuminet, ut nonnulla gentium nationes Divinum aliquid in eo veneratæ sint; formica tamen præstat solem, quia anima viveat, quæ loqui caret, informatur ac regitur: non igitur præstantia alicujus rei ex magnitudine aut pulchritudine mensuratur, sed ex vitali spiritu, quo illa animatur ac vivificatur. Quænam est anima nostrorum operum? est intentio! non igitur Deus in iudicio opera nostra secundum externæ magnitudinis apparentiam, sed secundum internam intentionem iudicabit, & itque pœna aut præmio digna pronuntiabit.

Hinc necesse est ut opera meritoria ab omni vano fine desistant, præsertim ab inani gloria, & amore ac voluntate propria.

2. **Propositio.** Bene est! postquam ultimo declaratum est, quæ ratione opera nostra coram mundo occultari, deum Deo soli adscribi, & denique ad Deum tanquam finem unicum ordinari debeant, jam pergamus & loquamur de illa tinea, quæ sub operibus nostris sæpe delitescens, illorum meritum corrodit, & corrumpit. Non omnia opera placant Deo, aliquæ sunt mendosa, sunt defectuosa, sunt nonnunquam peccaminosa. Favete!

§. I.

3. **Confirmatio.** In primis opera bona ex inani gloria & populari aucte captatione corrumpuntur: si oras, si jejunas, si elemosynam facis, ut oculis hominum placeas, & non sine laudis præconio ab omnibus pius, iustus, & supra mediocrem Christianorum sortem sanctior habearis, actum est, opera tua coram Deo mercede carebunt. Postquam Rex Saul de hostibus suis, nimirum Philistis, in signem reportavit victoriam, debite gratitudinis tesseram adificavit altare Domino, aditque Scriptura: (1. Reg. 4.) Tunc primum adificavit caput altare Domino. Hoc additamentum est prorsus mirabile, ac imperceptibile. Nonne enim anteriori statim capite referat, Regem Saul, quia adventum Prophe-

tæ Samuelis expectare non poterat, in Galgala altare extruxisse, & Deo sacrificium obtulisse? Est verissimum! si ergo jam antea extruxisset, quæ ratione jam primo extruere affirmavit, cur secundum altare suo primo extruere? nempe hoc dubium resolvit S. Hieronymus iniquis, q. Hebr. in lib. Reg. quod Saul primum illud altare in Galgala non Deo, sed sibi, id est, ex vanissimis finibus, ex ambitione, ex fastu & inobedientia adificavit, ideo ne dignum quidem illud altare fuit, quod inter opera pia in iustitiæ Divinæ catalogo recenseretur. Oh quot altaria, quot facella, quot devotionis munimenta hodieum erigunt! quot publicæ preces, quot sacrificia, quot elemosynarum elargitiones fundantur! quem in finem? an ad Dei sanctorumque, aut ad propriam fundationis gloriam? Eheu! loquantur hæc in vicem scuta gentilitatis, in Ecclesiæ namina, quæ in altarium tholis, in Ecclesiæ murum frontispiciis ad æternam fundationem memoriam conspiciuntur. Oh quot insidia in quibus opera in illa die videlicet pro nihilo reputari, audiemusque responderi: *Reprobat mercedem suam.* (Matth. 6.) Qualem mercedem? inanam gloriam, quam quaerunt.

4. **Edic.** mi Christiane, an opera tua ab inani gloria sermento omnino munda, & innocua sint, nihilque motui illius influat: ut videntur ab hominibus? Oh quoties! observa te ipsum! nonne sancta tua virtutum exercitia accuratius, diligentiusque in oculis aliorum, quam in solitudine percolis? nonne genibus tuis in Ecclesia publica minus, quam in privato cubiculo parcis? Nonne negligenter es in cortigendis internis animi defectibus, quam in externis, quæ æstimationem tuam munitur? quid hoc est aliud rei, quam virtute ad vanitatem, & captandum mundi applausum abuti? Negas forte, aut saltem dubites, te hæc ex parte reum esse? interroga inebant tui ipsius contentam, quam putas te in rebus ad spiritum pertinentibus plus luminis & cognitionis supra alios hausisse! interroga tuam tædium & displicentiam, cum audis alios in devotione, in modestia, in pietate operum frequentatione tibi præferri? Hæc omnia, mi Christiane, si qua sunt facta manifesta, quod opera tua ab inani gloria respectu nondum factis defæcata sint. Audi majora!

5. Tam subtile malum est inanis gloria, ut etiam in sanctissimis operibus, quæ Divinarum gratiarum, & ipsius æternæ retributionis desiderio exercentur, amulatio & ambitio subrepat. Explicio meam mentem figura scripturifica. Rex Jehu a Domino Deo mandatum accepit, ut totam familiam Achab, una cum uxore illius Jezabel, in vindictam crudelitatis, quam contra Naboth & Prophetas exercentur, ferro & flamma excinderet. (4. Reg. 10.) Morem gessit Rex; postquam Achabum sagittat confixit, & Jezabelem de fenestra precipitavit, profectus iustissimam executionem, legitur.

giata partim filios, partim nepotes Achab, qui in urbe Samaria nati & educati fuerant, implacebili ira obruturati precepit. (4. Reg. 10.) An bene hac omnia? optime! ipse Jeshu de observatione Divini mandati miram quantum sibi blanditus, narravit Jonathae cruentam cadem, qua omnem familiam Regis Achab exterminaverat, addens illud: *Vide Zelum meum pro Domino.* Quid autem Deus ad hæc? videtur & ipse Deus tacuisse Jeshu approbasse, inquit: *Judicio egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis.* Verum cum Prophetam Oseam aperio, invenio ibi effectum, quod hæc in re grandæ facie sit difficultatem! dicit tibi Deus: *Ad hoc mollemus, & ossibus sanguinem Jezrael super domum Jehu.* (Osea 1.) vult dicere, scias, mi Propheta, necdum in oblivione devenit sanguis Achab, qui in Jezrael effusus est, & ego vindictam quamdam de Jeshu, qui illum effudit! Deus meus, quid hoc rei? an non erat laudabile fecimus? Erat! An non ipse Dominus præcepit Jeshu exterminum familiæ Achab? Præcepit! An non tui mandati executionem posthinc ratio ratihabuit? Ratihabuit! Cur ergo nunc Deus vindictam comminatur? Audiamus hæc super re Doctissimum Rupertum! Executus est Jeshu Dei mandatum, non propter Deum, sed propter seipsum; quia scripsit per eadem Regis & filiorum Achab sibi regnum Israël acquiri, & stabili: contigit secum ipso, si ex filiis & nepotibus Achab vel uti vite gratiam faciam, poterit ille suo successu temporis arreptis armis contra me insurgere: ut ergo sceptrum & coronam assequar, ut securus regnem, ut alius præferat, pereant omnes, & sine misericordia deleantur. En! quod in Samaria egit Jeshu, quamvis mandato Domini fuerit conforme, non tamen fuit opus obedientiæ, sed ambitionis: recta intentio defuit, quæ non tam Dei beneplacitum, quam præsumptum respexit, ideo (verba sunt Rupertii lib. 1. in Oseam.) *Debiti vel Meriti gratia non servavit solo Dei præceptum, sed propter commoditatem, ut regnaret, pro omnia servavit.* At Christiane, præcipit tibi Deus, ut contra peccata omnia strenue pugnes, ut inimicas passionis mortifices, ut pravas consuetudines opprimas, & quæ sunt similia. Et vero mandatum obediens exequeris! video, quod peccata cane pejus & angue declines, video, quod sanctis operibus solertes invigiles, video, quod in verbis, & moribus modestiam, humilitatem, aliaque virtutes, quæ Christianam decent, ad aliorum edificationem spiritus recte & laudabiliter: sed cur, quem in faciem illa? An ideo, ut præmium recipias? An ideo, ut in rebus ad spiritum pertinens uberiorum gratiam assequaris? An ideo, ut in regno æternæ gloriæ supra alios excelsus? non improbo hanc intentionem: scio quod Apostoli de majoritate inter se contenderint, scio quod filii Zebedæ primas sedes affectarint: scio quod David ad fiduciam Domini justificationes inclinarit cor suum propter retributionem: verum mercena-

rius est hic amor: mendosum est aliquatenus opus, quod mercedem respicit, & non pure ac unice fertur in Deum propter se amatum. Non amat Deus sine premio, sed amari non debet pro premio.

§. I.

6. Dein opera nostra sæpe corrumpuntur & merium perdunt ex vitio amoris & voluntatis propria; quia videlicet non ad Dei beneplacitum, sed ad propriam commoditatem, ad complacentiam, aut solatium eandem hauriendum ordinantur. Explico rem exemplo Jacobi! a Patre suo Isaac in Mesopotamiam missus, jusfusque fuit, ut ibi in urbe Haran cum uxore sua filiabus Laban conjugium iniret: *Accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban.* (Genes. 28.) Abiit Jacob, & inito contractu in domo Laban septem integris annis pro Rachele, juniore filia, servitia fecit. Elapso anno septennio, cum prima conjugii nocte, Liam loco Rachele sibi associatam fuisse comperit, heu! in quas luras exarsit! quam lamentabiliter fuit decepti non indoluit! quantis improperis infidelitatem Laban acutavit! *Nonne pro Rachele servitisti tibi, quare inposuisti mihi? iam agitur, hoc facinus Jacobi, ut trinitam nocemus: in primis considerandum venit genitoris præceptum, volentis ut Jacob & filiabus Labani ibi uxorem deligeret: deinde ex parte Jacobi consideranda venit obsequendi promptitudo, qua integro septennio pro Rachele famulam egit: Nonne mirabilis hæc est obedientia, humilitas, patientia, & reverentia erga Patrem? Est quidem, ait S. Franciscus Salesius ap. Barz. ferm. 26. num. 26. nihilominus totum opus hoc ex proprii amoris & voluntatis vitio adeo fuit corruptum, ut omne meritum coram Deo amiserit. Quid enim? nonne genitor in genere solum præcepit? nonne genitor in genere solum filiabus sibi sponfam acceptaret? ita est! nonne huic genitoris præcepto tam per hanc, quam per illam satisfacere poterat? Omnino! cur ergo Rachelem prætulit? cur Liam respuit? cur infidelitati Laban succensusuit? Nempe, quia non tam patris, quam propriam voluntatem ac guttam quasivit: Rachel erat formosa & amabilis, Lia dolescens & teretica: igitur illam præ illa elegit, ut suæ magis, quam patris voluntati faceret satis: ideo Deus hanc electionem Jacobi non impunitam reliquit, cum Rachelem, non autem Liam insecutus fuit? *Videns autem Dominus, quod displiceret Liam, aperuit oculos suos, ait hæc Textus. (Genes. 26.)* Ex vitam operum nostrorum descriptionem, quæ ex amoris, aut voluntatis propria vitio sæpe mercede deficiuntur, ut omnino supplicium promerentur: sunt Christiani, qui Dei mandatis ad amicum quidem obediens descenderant, sed cum suo gustu & commode: amant vitam, sed non alia de causa, quam quia amabilis & delectabilis est: exercent patientiam,*

nam, sed non alia de causa, quam quia mitigit crucem; & advenientes ad eandem humilitatem, sed non alia de causa, nisi ut manus fatiant contemptum: præstant obedientiam, sed non alia de causa, nisi ut imminuant obsequendi difficultatem. Proximum diligit: quare? ut dissolutionem molestias preveniant. Sacram communionem frequentant: quare? ut dulcem animi solatiolum capiant! vacant lectioni sacrae, & cum Patre spirituali consilia conferunt: quare? ut in afflictione cordis tristitia sibi allevient. Verbo: operantur quidem bene, sed ad mentem Jacobi pro Rachele, id est, pro suo gustu, pro suo beneplacito & voluptate. Atque hic hunc sensum deplorans exclamat Augustinus ap. Serranus script. sel. punct. 111. *Vix quartum festo propter Jeshu?*

7. Hic ipse amor, & voluntas propria, præterquam quod meritum operum destruit, & aliud haud leve damnus causat: quale damnum? nimirum illud, quo ordinem bonorum operum invertit, & voluntaria obligatoris præhabet. Etenim laudabilis per se res est, rerum Divinarum contemplationi integris horis vacare, sacrosancto Eucharistia convivio frequenter accumbere, Ecclesiam visitare & indulgentias lucrari, & quæ sunt alia id genus: verum si horum operum causa superior, aut Pater-vel Mater-familia domos & famulos pariculo negligit, atque filios & famulos pariculo accidit: expostis domos relinquere, quid ad hæc Deus? Respicimus iterum exemplum ejusdem Jacobi! Cum Patriarcha cum tota familia in patriam reverteretur, & jam torrentem Jaboc transvadasset, apparuit illi incognitus vir, & a quo ad lucam provocabatur. Lucæ per integram noctem durabat: cum autem summo mane diluicare inoperat, rogabat vir ille Jacobum, ut sibi abeundi copiam faceret: *Dimittite me, jam enim ascendit aurora.* (Genes. 32.) Nihil hic admirandum, & quæro: si ad mentem S. Patrum incognitus Vir, non alius fuit quam ipse Deus, & lucæ nocturnus nil aliud, quam intentissima quadam oratio, quid condudere aut officere potuit aurora? nonne etiam de die poterat Jacob orationem profecti, quam nocte cepit? non poterat, ait Dominus, *Dimittite me: sed qua de causa? causam assignat Glossa interlin. in Genes. 32. Quia tempus est, ut ab invisibilibus ad temporalia descendat.* Jacob erat Pater-familias, nutrebat uxorem & liberos, qui illo tempore ob insidias Esau in periculo versabantur: igitur ajebat Deus, dimittite me, jam tempus non amplius est orationibus vacandi, sed oportet, ut ad curas domesticas revertaris. Nota tibi hæc, mi Christiane, nil proderit tibi, etsi diu nocturne Divinam Majestatem de genu adores, & vitam anachoretis amulam instituas, si interim filiorum, ac domesticorum curam, quæ ex officio tibi incumbit, negligens in culpa sis, ut illi in variis generis delicta incidant. *Esti vitam vestram summam cum diligentia dispensamus, extremam ad usum*

pusitatem, si filiorum salutem neglexerimus. Verba sunt Oratoris aurei lib. 3. adver. vitup. vit. Monach. & famulos domi esse satis compositos. Cave ne decipiaris! Moyses erat virorum sanctissimus, præterea populum sanctissimum instruit doctrinis, & exemplis, & tamen cum in monte orationis causa facti prolixo tempore versabatur, interim populus idololatrate, & vitulatum sacrilege adorare cepit. Cave, inquam, ne dum orationi assidue operibus immoderate & interemptive vacas; interim diabolus intertus domi similem tragediam adoret.

8. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? opus est, ut sacra virtutum exercitationes, quas Deo tuo offers, non inanis gloriæ desiderio corrumpantur: opus est, ut non pure mercedis motivo, sed Dei amore fiant: opus est, ut non ex amore proprio, aut voluntate propria procedat: opus denique est, ut voluntaria non sint impeditiva eorum, quæ sunt obligatoria. Verbo: opus est, ut ab omni nervo ab defecta, & pure, ac unice ad Dei optimi maximi beneplacitum ordinata. Vis hujus rei exemplum? In vitis Patrum legitur, (Discipul. Pionip. lit. 7. ferm. 55.) fuisse fratrum geminos, juvenem unum, seniore alterum, quorum prior sinceræ, ac innanzi intentione Deo famulabatur. Itaque diabolus ejus virtuti insidiatus, assumptio boni Angeli schemate venit ad seniore, inquit: *Habeo ex Dei Julia, quod tibi restat, quamvis animum meum extreme affligat. Quid illud? scias velim, frater tuus Junior est filius damoniacus, servitium, quod Deo exhibet, non proderit illi ad vitam æternam. Hoc dicto recessit. Senior ergo, quotiescumque deinceps juvenem intuitus est, semper ingematis quod iterum, iterumque adveniens Junior tandem causam geminum quaesivit: quid est, quod tristeris ex meo aspectu? Diu tergiversatus senior, tandem aperuit juveni, quod ab Angelo audierat. Vah! repositus letabundus Junior: facit Deus quod ipsi placuerit: Non illi servitio propter regnum caelorum, sed propter bonitatem quam habet erga me, & propter passionem quam sustinuit pro me! esto damner, etiam in inferno Deum amabo! Hæc Junior: Sequenti autem nocte venit Angelus Dei, revelavitque seniori, priorem illum Angelum fuisse larvatum damonem, juvenem autem hoc generoso actu plus meruisse, quam tota prius vita omnibus actionibus meruisset. En mi Christiane, tam pura, tam sancta, tam illibata, tam ab omni delectu aliena debet esse intentio nostra operum, quæ ad nihil aliud, quam ad purissimum Dei gloriam ordinanda sunt: Et si ita te habeant, ad caelesti regni gloriam diligenter, cum in morem, quo David electus fuit ad coronam, & Mathias ad Apostolatam. Amen.*

In Feslo S. Josephi Nutritii JESU CHRISTI.

CONCEPTUS XLVIII.

De aliis quibusdam Defectibus, quibus bona Opera corrumpuntur.

Joseph autem, cum esset justus. Matrh. 1.

Opera nostra sicut coram mundo sancta videntur, coram Deo tamen defectuosa sunt: quia sicut vitio propria utilitate, aut naturali professione, aut etiam malo, & peccaminosa sine corrumpuntur.

1. Um esset justus! Satis superque dictum! Nolite admirari, Dilectissimi, quod Divini Filii Nutritius, & Virgineæ Matris Virgo Spouus non excellenter titulo in Evangelio honoratur; qu-mvis enim charitate Seraphinis, prudentia Cherubinis, zelo Divinæ gloriæ Apostolis, viva fide Martyribus, contemplatione Anachoretis, illibata castimonia Virginibus possit comparari; hæc omnia tamen præconiâ quomodomodò comprehenduntur in unica voce justus! Hæc vocata vult dicere, Josephum conjugium Virginitatis & puritatis Christi paternitatem ea sanctitate suscipere ac administrare, ut illam tam in prosperis, quam in adversis nullo unquam nevo corruerit, dignaque fuerit, qui in utriusque sublimissimæ tam create, quam increate Sanctitatis consortio, conspectuque die noctuque versaretur. Jam si oculos per totum orbem Christianum circumfero; invenio plurimos, qui munere sunt Josephi, non autem Sanctitate: Video tutores, qui curatela pupillorum suscipiunt, video ad vocatos, qui viduarum & oppressorum causas defendunt, video parentes, qui liberos pie educant, video divites, qui egentibus succurrunt, video Magistros, qui ignorantes erudiunt, video judices, qui justitiam administrant, video superiores qui vitia & morum corruptelas extirpare laborant, video gloriæ Divinæ zelatores, qui peccantes corrigunt, video denique alios, qui præstantissima opera faciunt. Sed quomodo? qua de causa? quo fine? Id etenim die illa patebit, ubi conscientiarum arcana coram universo orbe in lucem protrahentur. De illa die vaticinatus est Propheta; (Malach. 4.) Orientis voles sumentibus nomen meum Sol Justitie. Cur autem Divinus Judex sub simbolo Solis proponitur? Inclinimini noctu aulam Regiam! quantus decor! quanta rerum manifestatio! quanta in picluris, in perisforatis, in candelabris, in abacis Majestatis calum quis hoc esse crederet, ubi omne innumudum procul abest! verum expectate, donec oriens sol aulam suo splendore illuminet, videbitis in radio solis innumerabiles atomos, quæ circumvolantes fati indicio sunt; non omnia tam munda esse, ut putabantur. Eandem in morem opera nostra nonnunquam coram oculis mundi purif-

simâ, sanctissima & prorsus admirabilia videntur, verum coram Divini Judicis oculis immunda & millenis maculis confusurata appa-rebunt; hinc S. Anselmus ap. Speranz. scripsit. sel. punct. 133. monet, ut nostris operibus non nimium confidamus, quia quæ nunc Sanctitatis velo operata sunt, fieri potest, ut olim nudata facie pro peccatis reputentur.

2. Proposio. Agite, Christiani mei, postquam ultimo explicavimus, qua ratione bona opera nostra nonnunquam vana gloria, & amore proprio corrumpantur, jam prosequamur eandem materiam, & alios id genus defectus, quibus bonorum operum meritum vel omnino destruitur, vel saltem minuitur, perpendamus. Cur autem ejusmodi defectus sub operibus nostris detestescerent non agnoscimus? quia amore proprio excecatur: qui rubris utraque perspicillis omnia objecta, quæ conspiciunt, rubefecere putant; ita qui opera sua juxta amoris proprio consilium explorant, illa mundissima & prorsus illibata esse arbitrantur. Attendite, Favete.

§. I.

3. Confirmatio. In primis deplorandum veritas, opera nostra ut de præstantissima luce corrupti vitio utilitatis propria, ita ut cum offensa videntur Deo, ex pessimo sine revera inmolentur idolo illi, quod vocatur Interesse. Propheta Oseas, ubi populo Israel impietatem suam, & bonorum operum sterilitatem sub simbolo vitis frondosa, sed instructiorem exprobra-vit, pergit ulterius, atque: Ephraim vitula docta diligere strivaram. (Osee 10.) Quid vult dicere? Cornelius a Lapide (hic.) ait, Prophetam alludere ad morem illum, qui viset in Palæstina, in Italia aliisque regionibus, ut grana tritici non flagellis lignis per homines, prout fit in Germania & Gallia, sed per bores & vacas pedibus & ungulis excutiantur. Esto ita! sed quæro, cur Propheta laudat hanc vitulam propter tritiram, & non propter aratum? an minus amat arare, quam tritari-um? utique minus amat! quare? an tritiram aratum? est difficilior: quia æmulo atitatis aere aratur, frigidissima autem hyemis tem-pestate trituratur: cur ergo vitula plus amat tritiram, quam aratum? Cardinalis Hago res-olvit hoc dubium: cum jumentum aratum tra-hit, laborat-utique pro domino, & cum autem tritiram exercet, laborat & sibi; quia identit-ram invenit, quod devoret: est quæ-ram igitur tritiram sit labor durior, est tam- men propter pium sibi delictior: verba pur-purati Doctoris in Osee 10. sunt: Tritivna assu-um libenter ad tritiram vadit, propter strivam, quod erendo comedit. Oh quam non segnitur- tores & curatores clientum & orphanorum emolumento invigilant! quam laudabiliter Judices & Advocati justitiam administrant! quam auctere superiores delinquentium ex-cessus

cessus castigant; sed quare? quem in finem? propter pabulum, id est lucrum; id satis lu-culenter patet ex eo, quia justitiam administri- negotia & adiones majori momenti fed heres- sis non ea solertia tractant, qua minores sed herositas: id satis luculenter patet ex eo, quia advocati & curatores non adeo libenter susci-piunt causas pauperum quam divitum; a qui-bus retributionem sperant: id satis luculenter patet ex eo, quia pratores & consules turpissi-ma delinquentium crimina non tam pœna cor-porali, quam pecuniaria plectunt. Sunt vitula, quæ amat tritiram propter strivam, quod eren-do comedit.

4. Insuper hæc ipsa justitiae opera, ut coram mundo aurum videntur, coram Deo vix plumbum sunt, non tantum propter lucrum cui inhiant, sed etiam propter dampnum quod faciunt: volo dicere, non solum corrumpuntur, cum agitur de lucro capessendo, sed etiam cum agitur de damno vitando. Oh quoties unius floreæ jestura, aut respectus hu-manus, aut favor personæ, quem perdere ju-dex metuit, totam justitiam æquitatem evertit! Pilatum exemplo adduco; in iniquissimo pro-cessu, quo innocenter Dei Filium ex invi-dia Phariseorum accusatum ad mortem crucis condemnavit, unam aliquod opus satis lau-dabile invenio: petierunt Judæi, ut titulum Crucis, quo Jesum ipsorum Regem scripserat, mutaret aut deleret. Restitit Pilatus, au-dacter referens illud: Quod scripsit, scripsit. (Joann. 19.) Oh factum bene! factum opti-mè! æquissimum fuit, ut iniquissimæ petiti-voe! ut se se prius Phariseis, Christum Domi-num ad mortem expocentibus opposuisset: cur ergo ibi consensit, & hic refragatur; Admira-tione magna suscipiunt, ait S. Bernardinus Senen-sis, serm. 51. de Pass. quod Pilatus non denegavit Judæis Christi mortem, & tamen vultu rituli hœre-gar abolivim. Quæ causa hujus rei? S. Cyril-lus Alexandrinus, l. 12. in Joann. c. 19. S. Au-gustinus, tr. 17. in Joann. venerabilis Beda in non. Tolet. in Joann. 19. & alii id attribuant Divinæ Providentiæ. Non improbo hanc opinio-nem, sed ulterius inflo: quod ratio commoveret potuit Pilatum, quod Dei Filium, in quo juxta propriam Confessionem nullam culpam invenere-rat, ad tumultuosam Judaorum instantiam cruci adjudicavit? nempe motum unicum fuit favor Cafaris, quem perdere metuebat, vicerantibus Judæis: Si hunc dimiseris, non es amicus Cafaris. An hæc eadem comminatio illi facta est, cum rogabatur, ut tituli epigraphen expunge-ret? non facta est. Ergo constantia Pilati, qua Judæis restitit, non est alicujus meriti, qui si eandem comminationem repeti audisset non es amicus Cafaris, citra dubium in expunctionem tituli non minus quam antea in mortem Chri-sti consentisset. Oh quoties hæc eadem historia Christi innocenter occisi recrudescit! pupillus & innocens vidua non cauda caderet, nisi illa

magis favores, quam jure decideretur: clama-tur quidem, sic jura postulant, sic leges sta-tuant: verum principale motum subchemate justitiae lavatum illud est, ut servetur amici-tia Cafaris, id est, amici, qui nocere, vel præ-desse deinceps poterit.

§. II.

5. Alterum vitium, quod honoram operum merito derogat, est connaturalis, & quasi congenita propositio, vi cuius ille aut ille esse se, & citra præceptum ad aliquod virtutum genu-s inclinatur, ita ut in contrariis vitii tentatio-ne & victoria nullam proflus sentiat difficul-tatem. Hinc Origenes ap. Barz. serm. 26. n. 19. enuntiat: Fieri potest, ut habeat naturalium castita-tem aut humilitatem. Elau a feniculo & ad lep-palchum properante Patre in sylvas egredi, & feram, cuius carnis libenter vesceretur, justus est venari: Sumo arma tua, phœnexam & arcum, & egredere, & asser, ut comideris, & benedictio-ri- bus anima mea. (Genf. 27.) Abit filius, festi-navit, & amore Patris haud mediocri venatio-nis labore se fatigavit; & tamen, heu infortu-nium! cum præda rediens, vidit dolatque ben-edictionis paternæ prærogativam sibi a fratre præceptam esse. Miratur Cardinalis Damiani hanc Numisio providiam, exclamatur: o impru-dens fenicio Isaac! an non advertis a natu-misio filio te decipi? an non potius remuneraris promptissimam natu majoris obedientiam? an non hoc ipsum obsequium, præcedendo etiam a jure nature, mereatur privilegium primogenitu-ræ? Non meretur, subsistet idem facinus Do-ctor Pet. Dam. Apolog. de contempt. c. 21, quare non? quia venatur proleam non magis paterna-justi-simi, quam illiusa consuetudini tributa proleam. Elau nullam occupatione deliciosam afficietur, quam venatione, ad quam ex natura & genio suo inclinabat, igitur venatum exit non tam ut Patri, quam ut sibi ipsi satisficeret, atque ideo julto Dei iudicio benedictione later-na, & jure primogenituræ privatus fuit. Patet jam oculos ab Elau ad nos ipsos convertere? Est aliquis ex natura sua garrulus? ergo de Deo, ac rebus Divinis proluxa colloquia insti-tuit: cur? quia Deum amat? nequaquam! sed ut congenite garrulitati faciat satis. Est ali-quis ex natura sua sciolosus & curiosus: ergo dia-factos quam proflans evolendo insudat: est? an amore proximi? nequaquam! sed ut con-genitum curiositatem satiet. Est aliquis ex natura sua criticus & zolius: ergo aliena di-cta ac facta auctere carpit & observat: cur? an ut proximi errores pie corrigat? Nihil mi-nus! sed ut congenito criminando pruritu ves-tificet. Est aliquis ex natura sua ad iracun-diam pronus: igitur errores domesticorum imp-unes esse non sinit: cur? an ut, ut erran-tes ad meliorem vitam reducat? Nihil mi-nus! sed ut congenitam bilem effundat. Est aliquis ex natura sua superbia stictus: ergo a

subditis reverentiam, quam potest maximam, existit: cur? ut illos edocet natu majores loco Dei revereri? Nihil minus; sed ut contentam ambitionem pacat. Est aliquis ex natura sua Melancholicus: ergo se ipso contentum domesticam solitudinem amat: cur? ut cum Deo loquatur? nihil minus! sed ut fastidia, quæ ex hominum consortio metuit, subterfugiat. Et sic circa alia Christianorum opera se res habet, quæ non tam ex Dei aut proximi amore, quam ex naturali propensione procedunt. Quid autem confendum de id genus operibus? *Si hæc tibi ex gratia Dei non comperis*, (sicut Origenes ubi supra) *in nihilum computantur*, id est, coram Deo Judice merito carebunt. Veteres Philosophi erant homines virtuosissimi, in iustitia & jure suo culti-ber tribuendo accuratissimi, in esu & potu frugales, in adversis & persecutionibus mire patientes, contempserunt honorem, voluptates, & divitias: tamen mercedem æternam non retulerunt: quamvis ergo, mi Christiane, castus, quamvis humilis, quamvis a mundano applausu & opibus prorsus alienus sis, nondum jus ad gloriæ retributionem acquisivisti: quia heri potest, ut hæc tuæ virtutes sint pure philosophicæ; non ex Dei amore, sed naturalis temperamenti instinctu profectæ, cum in modum, quo *Græci Philosophi*, & multi alii *divitias contempserunt*, prout loquitur S. Hieronymus l. 3. in Matth. c. 19.

§. III.

6. Tertio denique opera nostra depravantur & meritum perdunt ex pravo fine, & sinistris intentionibus, quæ sæpe illa præeunt, aut comitantur. Sequelium tam imperturbato aspectu solem respicit, ut illi etiam sub nubibus, aut in altero hæmisperio delitescenti continuo faciem obvertat: esto Luna, Mars, Mercurius, Joviter, Venus & alii plures, pulcherrimo lumine fulgeant, non tamen hos, sed unicum solem respicit: Patrem in modum opera nostra unice, ac directe in solum Deum ferri necesse est: si ad alium scopum v.g. mundanum honorem, divitias, voluptatem, aut similem collement, non mercedem, sed potius supplicium coram Deo Judice reportabunt. Gentilis Princeps Sichein, (Genes. 34.) Dinam Patriarchæ Jacobi filium, quam antea impudenter corruperat, uxorem petiit, & super hoc conjugio cum fratribus illius convenit: Recondiderunt isti, consentientes quidem, sed non nisi ea lege, ut abjurato idolorum cultu ad legem Moysicam transeant, & circumcisionem admittant; inconvenientis enim, & supremo Numinis mandato repugnant, ac præterea innumerabilem infortuniorum ions est, si mulier fidelis cum infideli viro conjugatur. Quid ad hæc Princeps? acceptata conditione seipsum omnesque Sicheimæ circumcidi passus est. Laudabile profecto factum! & tamen tertia die,

cum accerrimus circumcissionis dolor Principem omnesque subditos armis ferendis impares fecit, filii Jacob armata manu proditore in urbem irruentes Principem una cum parente illius in insigne Hamon, omnesque incolas ferro & flamma ad internecionem deleverunt. Oh inferturabilia Dei judicia! Domine! an non pensissimus Princeps sanctam tuam Religionem profectus est? an non circumcissionem, quæ erat fidelium tuorum character, non sine incommodo admisit? esto, quod cum Dina peccaverit, quæ penitentia magis, quam circumcissione & fidei professione resultat commissum crimen expiare? quidquid hæc de re sit, iusto Dei iudicio perit, quamquam enim opus, quo ad veram Numinis Religionem se convertit, ad extra laudabile fuerit, tamen ad intra pessimo sine depravatum erat: cur ita? Princeps non ideo se circumcidi permisit, ut Deo placeret, aut fideli populo accelleretur, sed ut suam cum Dina libidinem, quam in uxorem expetiit, completeret; ideo quia impudentiam suam fuge schemate Religionis palliabat, suo fueruntque excidio punitus fuit: ita in hunc locum S. Antonius Paduanus, Expos. Myit. in Gen. 34. *Sichein Dinam corrumpti, & ut liberius ea abuteretur, se circumcidit*.

7. Oh opera Christianitatis! quoties generis virtutum actus in oculis mundi instar herodæ Jonæ virent, & in radice a pessimo verme corroduntur! Absalon dicit se cogitare religiosissimam peregrinationem in Hebron, & hæc peregrinatio erat pallium nequissima contra Patrem rebellio: Saul dicit, se peregrinatio opinis Amalecitarum pedibus propter sacrificium, & hoc sacrificium erat pretextus avaritiæ: Joab dicit, se ex intimo corde amare Amasiam, illique osculum figit, & hoc osculum erat occasio proditoria occisionis. Ita bodie dum sit! obtemditur honestas & decencia & superbia est: obtemditur recreatio & alacritas, & libido est: obtemditur Divina zelus & invidia est: obtemditur iusta correptio & vindicta est: obtemditur corporalis necessitas & gula est: obtemditur nimia desatiatio & aeterna est. Grandis illa elemosyna, qua dives pauperi viduæ succurrit, aut inopem filiam dedit, vah! quomodo in oculis hominum splendet! quid autem coram Deo? *Super sribus scribitur Israel non convertam eum*, exclamat Propheta, (Amos 2.) *eo quod vendideris pro argenteo sum, & pauperem pro calcamentis*. Vult dicere, abominabile crimen esse, quod homo divitiis pauperis ad suam malitiam abuteretur, & pro modo pane aut obolus calcamentis velit, ut ille instar mancipii ad fas & nefas filii subserviat. Oh mi Christiane! quod tu elemosinam vocas, revera excreabile pretium est: quid prodest corpori pauperis succurrere, & animam perdere? pecuniam largiri & pudicitiam furari? misera illa filia, opem tuam implorans, speravit se invenisse patronum, & incidit in anime suæ latronem: *Qualis est hæc elemosyna*, exclamat

mat S. Chryostomus, ferm. adv. concub. *quandò gloria Domini contempni est?*

8. In Regni Arragoniæ quadam civitate degebat olim insignis Jurium Doctor, qui ut defectum dotis, quam cum inope uxore nullam contraxerat, compensaret, litigantium causas tam aquas quam iniquas promissive suscepit: (Deo 1. tit. de Stat. c. 29.) Ea tempestate nobilis quidam dives obiit, cuius relicta vidua forensibus litibus ad iudicium tracta de fortunæ suis omnibus periclitabatur. Igitur hunc Jurium Doctorem in opem vocavit, qui & miseriam tam auspicio successu tutatus est, ut illa devictis adversariis in causa triumpharet. Admirantini, Christiani mei, insigne opus, amore Dei & proximi susceptum! Ohe! non amore Dei! audite & obitupefcite! Hac causam ad vocatæ ille cum vidua, quam defenderat, familiaritatem contraxit, quæ tandem in pudenda seclera excrevit. Non destitit quidem Deus internis admonitionibus, & conscientie stimulis revocare miserum, sed cum ille instar lapidis obduratus infestam vitam prorogaret, repente lethali morbo correptus, & æqueam animam expiaret, infelicis morte abreptus est. Hæc mortem horrendam! altera die cadaver insignis faneris comitatu ac pompa ad sepulchrum delatum, & ex Ordine Seraphico celeberrimus quidam Concionator exoratus est, ut demortuo, funebri panegyrica parentaret. Pius hic Dei famulus, cum noctu studii vacaret, audiit terribilem tubæ sonitum, magis magisque sibi appropinquantem. Contremuit totis artibus, & algido sudore persusus sub seam sefe occulit. Quid vidit? vidit nigritantes spiritum oblongo ordine cubiculum ingredi, quorum supremum in mensa confidens æteris hinc inde circumstantibus præcepit, ut animam defuncti Doctoris ad iudicium afferrent. Tum vero auditis et terribilis catenarum strepitus, & inter lituorum clangores alatus infelix Doctor, flammis & demonibus circumquaque cinctus, supremum spiritum præses iussit sententiam promulgari, hujus tenoris: ob nefanda crimina, quæ sceleratus hic homo in vivis commisit, æternis gehennæ suppliciis ardeat! tum agitabatur quæstio, quis hæc sententiam ad aliorum terrorem defuncti familie, totique civitati promulgare debeat, & declinavit, hunc Concionatorem, qui sub seam delitesceret, eligendum esse. Protractus est igitur Religiosus Vir timens, ac tremens, eique demonum princeps præcepit, ut æternam miseri damnationem altera die publice de cathedra promulgaret. Quanto cum horrore Vir Dei hæc iusta executus, quantum confirmatione ejus dicta ab auditoribus excepta fuerint, vobis cogitandum relinquo, & ego ad rem meam nil aliud, quam illud documentum eruo, multa opera coram mundo pia videri, quæ tamen, quia ad fines pessimos ordinantur, non solum merito carent, sed insuper iustissimis suppliciis puniuntur. Pii-

simum saltem ad speciem opus fuit, quod hic Jurium Doctor viduæ contentiosissimis litibus oppressæ auxilium præstitit, sed quem in finem id fecit? piget repetere!

9. *Epilogus*. Vos itaque, Christiani mei, discite in operando factissimas intentiones elicere! ablit, ut opera, quibus pro casu laborandum est, vel proprie utilitatis studio, vel naturalis propensionis vicio, vel finitiorumque fine corrumpantur. Sanctus gentium Apostolus dudum promulgavit: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit*: quid est legitime certare? est ita famulari, ut opera nostra ab omni navy aliena, unice in Dei gloriam, ejusque beneplacitum ferantur. Amen.

In Festo Annuntiationis B.V. Mariæ.

CONCEPTUS XLIX.

De excellentia Maternitatis Dei, per quam Maria facta est Domina Ecclesiæ triumphantis, militantis, & purgantis.

Ecce Ancilla Domini, facta mihi secundum verbum tuum, Luc. 1.

Et momento quo B. V. in Matrem Dei electa est, simul subtilissimam acquisivit dignitatem quia facta est Domina Ecclesiæ triumphantis.

1. Nolite, Christiani Auditores, nolite humile quid, aut abjectum suspicari, cum humillimam juxta ac Sanctissimam Virginem Mariam a seipsa ancillam nuncupari auditis; quemadmodum enim hodierna die, teste Cornelio a Lapide, in Gen. cap. 1. v. 12. per unicum verbum *Fiat mundus* nihil productus est; ita & hodiernæ die par unicum verbum *Fiat mundus* reparatus, id est, Verbum incarnatum, & humillima Virgo in Matrem Dei electa est. Scitis autem, quanta sit dignitas Maternitatis Divinæ? Rex David magnificum illud templum Hierosolymis ædificaturus de seipso testatur: Ego preparavi impensas domus Domini, auri talenta centum millia, argenti mille millia talentorum, aris vero, & ferri non est pondus. (1. Paralip. 22.) Templum hoc posthinc a Salomone Davidis filio tam profuso sumptu erectum est, ut in eo septem integris annis ultra ducenta hominum millia laborarint, & totius ædificæ expensæ, ad nostram pecuniam computatæ, ultra quadringentos aureorum miliones excreverint. Deum immortalem! cur potentissimi Reges ad hoc ædificium adeo omnipotentem exhauserint? respondet, ideo, quia non homini, sed ipsi Deo preparatur habitatio. Eandem in morem se res habet apud Deum sibi preparantem habitaculum in Virgine Matre Maria: exhaustum vim potentiam, exhaustum suam sapientiam, exhaustum suam providentiam, exhaustum omnem gratiarum & perfectionum suarum thesaurum, ut illam magnam, ad-

mirandamque faceret, & exornaret. Non ego ita loquor, sed Thomas Angelicus, 7. p. q. 2. 5. c. 6. ad 4. & Seraphicus Bonaventura, in Opus. c. 1. uno ore docentes, Deum posse quidem creare majus coelum, posse creare majorem terram, sed non posse creare majorem Matrem, hic ex hauta em omnipotentia virtute: & ratio est, quia magnitudo Maternitatis desumitur ex magnitudine Filii; quemadmodum igitur non est possibilis major Filius, ita nec major Mater. Quid porro? sicut totum universum, caeli & terrae abyssi, omnes Angeli & homines, & omnia quae in mundo sunt, Christi subiciuntur imperio, prout ipse testatur, (Matth. 28.) *Dona est mihi omnia potestas in caelo, & in terra*: ita & Sanctissima Virgo eo momento, quo in Angeli Salutationem concessit, super omnes creaturas Filii imperio subiectas, dominium ac potestatem acquisivit, dicente S. Damasceno, l. 4. de fide orthod. *Maria Domina facta est omnium creaturarum, cum Conditorem omnium fecisset Matrem*. En! quam sublimem in gradum sublimata sit, quae se ancillam Domini vocat.

2. *Proposito*. Atque hic erit scopus hodierni sermonis, quo in gratiam Confraternitatis fidelium defunctorum, hodie pie congregata, explicabo, quae ratione Sanctissima Virgo eo ipso, quod Dei Mater facta est, simul constituta sit Domina Ecclesiae triumphantis, Domina Ecclesiae militantis, & Domina Ecclesiae purgantis. Quem autem in finem ista? Non alium in finem, nisi ut in Dei Matrem in omnibus actionibus nostris, in vita, in morte, & post mortem maximam post Deum spem & confidentiam collocemus. Tu O Domina dignare me laudare te! vos vero attendite, *Reverte!*

§. I.

3. *Confirmatio*. Sanctissima Virgo Maria eo momento, quo in Matrem Dei electa est, simul Domina constituta est Ecclesiae triumphantis. Quid est Ecclesia triumphans? est Sanctorum Angelorum, Electorumque omnium congregatio, in caelesti patria cum Deo aeternaliter regnans. Quomodo autem Maria Angelorum, & Electorum Domina est? Id explicat Angelicus Doctor, 1. p. q. 5. 2. 5. ad 1. & 3. cum Deus in mundi creati principium Angelorum choros e nihilo produxit, simul illis Divinum mundi Regniorem e Virgine nasciturum revelavit, atque in debite subjectionis testatam praecipit, ut illum tanquam Dominum suum adorarent: suere miliones ac miliones Angelorum, qui conaturalis suae perfectionis intuitu indignum arbitrabantur, ut se homini subicerent, & hi cum rebellis Luctero in aeternum gehennae exilium relegati sunt. Inve eorum terra alii, qui duce S. Michaelis Divini Patris & Virginis Filio tanquam suo Regiae Domino homagium praestiterunt. Ex quo loquitur sic arguuntur: *Deus Damasceno, orat. 2. de Assumpti. si*

Angeli Dei Filius ut mundi Redemptor revelatus fuit, non est dubium illis etiam Mariam ut Divini Filii Matrem revelatam fuisse, & se quemadmodum Christum ut suum Dominum ac Regem adoraverunt, ita & Virginem Matrem ut suam Domina ac Reginam venerati sunt. Eandem fere in sensum loquitur B. Amadeus, ap. Nieremberg. de amore erga Virg. c. 20. recituleque adorationis seu professionis formulam, qua Angeli hodie Mariam, in Matrem Dei electam solemniter sacramento ut Dominam & Reginam suam elegerunt, formulam, inquam, quam reliquorum nomine S. Michael his fere verbis pronuntiavit: *Quod Deo promissum, antequam perferret hunc mundum, hoc etiam tibi modo promissimus, O Maria! in hac hora illud confirmamus & te pro Regina nostrae accipimus.*

4. Ad exemplum Angelorum etiam Apostoli Mariam ut Dominam suam venerantur, ut pote, quae fuit in teris eorum instructrix & Magistra: sicut enim altissimum Dei & creaturaram ac mysteriorum habuit cognitionem, ita ut in hac Adamum, & Salomonem ipsam fuparavit: ita *causillo, luce, doctrina, & mirabili vita exemplo praestitit Apostolico Collegio*, prout loquitur Lucius Dexter, in Chron. Porro Mariam ut Dominam suam ac Reginam venerant SS. Martyres; cum enim itans iuxta crucem dolores, quos Filius passus est in corpore, illa sensit in corde, tam enorme in anima super omnes martyres fulsit tormentum, ut *plum, teste Hieronymo, serm. 5. de Assumpti. Deo virginitatem solemniter voto consecravit*. Quibus ad haec, Christiani mei? an scitio ad beatam illam sanctorum patriam aspiramus? Sero, dicitis: ergo necesse est, ut & nos Mariam tanquam Dominam ac Reginam nostram veneremur! Non sine mysterio illa in precibus Lytaneis vocatur *Porta caeli*: sicut enim impossibile est, occlusa porta hoc templum intrare, ita impossibile est invia Dei Matre aliquid salvari peccatorem. Quid ergo factum opus est? hoc opus est, ut Mariam singulari devotione colas, ut illam, prout Marianae congregationes hodie per orbem faciunt, in Dominam, Patronam, & Advocatam eligas, ut remissionem peccatorum pro illam impetres, ut deique Beate mortis gratiam quotidie ab illa exores. Crede mihi, multi beatorum defacto cum Christo in caelis exultant, qui sine

auxilio, & intercessione Virginis illuc naquam ascendissent: non meum hoc effatum est, sed Cardinalis Hugonis, in Eccles. cap. 24. *Mulsi Sancti sunt in caelis intercessores ejus, qui nunquam illi fallunt, nisi per tam.*

§. II. *Facta est Domina Ecclesiae militantis.*

Sanctissima Virgo Maria eo momento, quo in Matrem Dei electa est, simul Domina constituta est Ecclesiae militantis. Quid est Ecclesia militans? Est fidelium sub uno capite congregatio, quae in his terris instar naviculae in mari fluctuat, quae instar exercitus contra hostes visibiles & invisibiles pugnat, quae instar peregrini in hoc mundi exilio ad beatam caeli patriam anhelat. Hujus Ecclesiae nos modo membra sumus, nos qui inter corporis & animae pericula, inter cruces & adversitates, inter luctus & persecutiones mortem expectamus: in his aramnis & afflictionibus quod aliud nobis refugium superest, quam ad Mariam, quae nos, prout loquitur Nierembergus, ubi supra, quos multae alienae multae crudeliter, inter filios suos annumerare dignata est, suam beneficiam promptitudinem satis declarans verbis illis Prophetae: (Isa. 49.) *Namquid potest Mater obvisit infansem suum, ut non miseretur filio suero sui? Audite & obtulsete, quas gratias & beneficia Beneficentissima Dei Mater Ecclesiae militantis conulerint.*

6. Cum Pauli Samosatani haereticus, Arianae impietati admodum assisus (Euseb. l. 7. *hisp. c. 22.*) longe lateque grassaretur, Beatissima Virgo una cum S. Joanne Evangelista apparuit S. Gregorio Naumargio, & quaeam esset de Divinitate Filii sui Catholica, in caelis approbata, veritas, eidem manifestavit, simul tradens illi professionis fidei formulam Angelica manu conscriptam, jussitque ut illam omnes edoceret atque Ariam suam ac filii sui hostem profligaret, quod & Gregorius eo successu praestitit, ut innumerabiles animas ab impostoribus deceptis ad salviticae Ecclesiae gremium vocavit. Cum Julianus Apostata Christianam Religionem penitus extirpare decrevit, S. Basiliius Caesariae in Cappadocia Ecclesiae Dei Matris cum populo orabat, & jejunabat. (Amphilo. in *Vita S. Basilii*.) Cum ecce! a munus alienigenus vidit ante thronum Dei Beatissimam Virginem pro Ecclesia supplicentem: postquam autem iram filii precibus mitigavit, vocavit Sanctum Mercurium Martyrem, cujus corpus & arma in illo templo astantibus, praecipitque, ut ipsum Imperatorem Julianum tum in Perfide occupatum interficeret: factum ut praecipit; nam eadem hora in templo arma Martyris abesse & paulo post cruenta iterum adesse visa sunt, comperitque est, eadem hora Julianum ab ignito quodam equite, qui postea non amplius comparuit, lancea confossum esse. Dissentebant olim inter se Occidentales, & Orientalis Ecclesiae Episcopi ob ejectionem in exilium S. Joannae Chry-

stomum. (Niceas Chron. l. 24. c. 28.) Vigebat perniciosum iter utroque diffidum, alio alio excommunicantibus. Cyrillus insuper Patriarcha Alexandrinus, licet alias devotissimus cultor & encomiasticus esse Beatiissimi Virginis, tamen fuit Joanni Chrysolomo insensibilis. Apparuit ergo Beatissima Mater Cyrillo, illumque praeter aulicium correctionem monuit, ut innocenter Chrysolomum defendere; parvis motibus praecipit, & mox pace Ecclesiae restituta efficit, ut Christi fides longe, lateque propagaretur. Petrovan non Maria luccurrit afflictae Ecclesiae, cum ab impiis tyrannis Constantino Copronymo & Leone Armeaco fode lanarietur? illi cum imagines & reliquias Sanctorum, omnemque Deiparae honorem abrogare contenderent, visa est Benignissima Dei Mater filio suo supplicare, & ecce! Copronymus caelesti vindicta correptus, cum aperte ejulando lateret, se jam virum infernalis flammis excomunicari desperandum obivit. Mater vero Leonis vidit in somnis Deiparam, in templo illi dedicato, auctore vultu praecipiente, ut ei propinquare de vase cruoris, Ecclesiae pavimentum cooperiret: quod cum illa averterat, subintulit Regina Virgo: *Atque filius tuus non suum facis persequenti illos, & sanguinem eorum profundaris, qui sui caloris & idoloque iram meam brevis sentit.* (Zonar. Tom. 2. *Annal.*) Et ecce! paucos post dies Leo Concoclaia in sanguine suo miserandum in modo extinctus perit. An non Ecclesiam Occidentalem marabiliter adjuvit, cum Fredericus II. Imperator nihil intentatum relinquerebat, ut sanctam Divi Petri sedem ferre & flammam exstingeret, & Saladinus Rex Syriae Christianorum in Oriente exercitum ad interfectionem delivisset? Vidit tunc S. Dominicus, sub oratione in extrais rapus, Christum humano generi atrocissime misantem, fulminaque horribili in peccatores detorque volentem. (Theodor. in *Vita S. Dom. apud Surium*.) Sed Maria Dei Mater in genibus coram Filio proculata, rogavit per ejus valnea, & sua ubera, ut deposita ira humano generi placaretur: quod & factum est; nam paulo post leuca est maxima Ecclesiae tranquillitas; haereticis Albigenes exterminati sunt, Prussia, Livonia, Lithuania Christianam fidem receperunt, Muhumetani ex Hispania depulsi sunt, & sacra Christi Religio longe lateque per orbem propagata fuit. An non lacurrit Ecclesiae tempore Henrici IV. (Bazine l. 24. de *Signa Eccl. c. 5.*) cum terribili ubivis signa; videlicet maris inundationes, terrae motus, absorptae integre urbes, fluviorum inundationes, pluviae sanguinea, armorum strepitus in aere, aliaque monstra imminente Dei vindictam praenunciabant? indicis ergo per totam Italianam jejunio & supplicationibus Gremion insantulus recessus natus loqui cepit, diserte inquit: Vididit se in caelis Dei Matrem coram tribunali Christi pro humano genere supplicentem: *Quo dicto obmutuit & usque ad tempus a natura denuntium tacuit. Sensit sane tota Ecclesia non mul-*

to poff interfectionis Virginis fuffe efficacem, cum effentibus malis omnia diffidia inter Pontificum & Imperatorem composita funt.

7. Defino prolixius in hiftoria excurrere, & ad vos conuerfus, Chriftiani mei, moneo, oro & obtestor, ut ad Deiparam Protectricem nofttram supplices manus, animumque erigatis; videmus enim ea tempora, quibus Ecclefia miferandum in modum premitur & anguftiatur: videmus in Oriente hoflem victoriosum infulentem, videmus in feptentrione armatos exercitus, videmus inter Chriftianos Principes non nifi amulationes & difcordias, & quod caput est, caput Romani Imperii deest, quod nos defendat. Audimus ubique locorum moveri tympana, confcribi milites, & bella parari; interim fufpectiffima per provincias graffantur tam hominum quam pecorum lues; crefcit indies annonæ caritas, invalefcit agrorum fertilitas, tempeftas fegetibus eft inimica, tantaque ubique videtur fuperies, & rerum penuria, ut egentibus fuperriri via amplius poffit. Eheu! in eo eft, ut Divinus feclerum vindex mundum graviffime puniat! peccatorum menfura completa eft! Deus ad iram concitatus eft! Quid confilii? Agite! irato Patre confugiamus ad Matrem! illam fuppliciter oremus, ut preces fuas interponat, Filium mitiget, & fupplicia avertat; non erit inanis noftra fpes! Benigniffima Protectris noftra Materam pietatem, quam tempore Pauli Samofatenfis, tempore Juliani Apoftatae, tempore Leonis Iconoclaftæ, tempore Friderici, & tempore Henrici Ecclefia exhibuit, etiam noftros temporibus exhibebit, & fiquidem id faciat, non poterit a Filio referre repulfam; ait enim S. Antonius, p. 4. tit. 15. c. 17. §. 4. Oratio Virginis non folum innititur gratiæ Dei, fed etiam juri naturali, & iuftitiæ Evangelicæ, quia filius non tantum tenetur audire Matrem, fed etiam obedire Matri.

§. III. Faftra nŕ Domina Ecclefia purgantis.

8. Sanctiffima Virgo Maria eo momento, quo in Matrem Dei electa eft, fimul Dominam conftituta fuit Ecclefia purgantis. Quid eft Ecclefia purgans? Eft lætuofus ille & terribilis carcer, ubi emendatorio igne purgantur fideles animæ, quæ licet gratia Dei exornate funt, tamen ob nevos ex peccatis reſiduos necdum dignæ funt, ad beatificam Divinæ faciæ vifionem admitti. O quantis illa gemitibus! quantis deſideriis expectant felicem horam, quæ e loco tormentorum ad locum gaudiorum, ab exilio ad Paradifum patriam revocabantur! quando autem illuceſcet illa hora? Eheu! forſan adhuc ante & luſtra, nefcio quot, & quanta fuſperſunt! ideo teſte Hugone Cardinale, ſuper Cant. B. V. Ad Mariam reſpicimus, qui deſcendit in purgatorio, ut liberentur. Cur autem ad Mariam?

9. Purgatorium eſt locus afflictionis, in quo

acerbiora funt tormenta, quam quidquid peccatorum in hoc mundo poteſt excogitari; imaginare tibi omnium agrotantium dolores, qui ab ipſa mundi geneſi in hanc uſque horam febribus, hydrope, paralyſi, & peſtilentibus morbis obierunt: Imaginare tibi omnia tormenta facinoroſorum hominum, qui gladio, ſune, rota, rogo, aliſque modis excarnificati ſunt: imaginare tibi omnes cruciatus, quibus Sancti Martyres ſecuti ſunt, lapidati ſunt in occiſione gladii mortui ſunt; hos omnes dolores in unum congere cumulum, & inquam quædrantem purgatorii non æquabis; ratio eſt, quia tormenta hujus mundi ſunt ad probationem virtutis & augmentum meritum, ignis autem purgatorius ad vindictam, confequenter differunt ſicut chyrgus & carneſis. Heu! quantum igitur tormentum erit per decem, viginti, triginta, quadrageſima & amplius annos in terribili igne ardere, cum in modum, quo ferrum in officina fabrilis, & lateres in clibano ardent! O mi Chriftiane, non poſſes intueri miſerum canem igne aſſari, & quomodo videre abſque commiſeratione potes, quod familiaris tuus quocum amice conviviſſet, Patronus a quo ad hoc officium aut dignitatem promovus fuiſti, frater aut ſoror, & quos in vivis tenerime dilexiſti, Parentes a quibus vitam & vitæ ſubſidia recepiſti, jam a decennio, vicennio & amplius in terribili igne cremantur? quid ergo faciendum? conſuge ad Beatiffimam Virginem humiliter rogitans, ut fideles animas precum ac meritum ſuorum ſuffragiis & poenali ergaſtulo eripiat, illa de ſcipſa fateatur: Ego in fluctibus amoris ambulavi. (Ecl. 24.) Quid vult dicere? Percepe quid: infernus terra eſt, quia ſicut terra immobilis, ita poena inferni perpetua eſt; mare autem purgatorii ſymbolum eſt; quia ſicut fluctus maris pertranſeunt, ita poena purgatorii finiuntur. Cum ergo dicit Maria: ergo in fluctibus maris ambulavi, vult indicare: ego ex empyrea cali patriæ deſcendens & recta ad purgatorium vado, ut dominum, quod mihi iſta lila competit, exerceam; ibi mare illud igneam tranſvado, ut ardores illius refrigerem, tempeſtates ſedem, navigares conſoler, & ad portum gloriæ deducam. Ita in hac verba S. Bernardinus Senenſis ferm. 3. de glor. Nom. Mariæ art. 2. c. 3. Beata Virgo in purgatorio dominum tenet: ad his tormentis liberat maxime devotos juvos.

10. Anno Domini 1094. non procul ab urbe Laudanenſi quædam mulier ob oculum homicidii crimen flammis adjudicata ad locum ſupplicii ducebatur. (Sigbert. in Chron. & Petrus Can. de B. V. l. 3. c. 20.) Tranſire debebat ad templum Virginæ Matri facrum, ibi ergo in genua procidens fiducia maxima Deiparæ agnitionem ſuum commendavit, & in ſeria poenitentia teſtimonium peccata ſua omnia publice coram toto populo confeſſa eſt. Hinc digreſſa, ad locum ſupplicii deſtinatum perveniſſi, ibi ſemel ac iterum in ignem conſecta tantum Dei ac Vir-

nis be-

nis beneficium experta eſt, ut ab igne quantumvis vehementer nihil detrimenti pateretur: non deſuere carneſis, qui rōgum pice, refina ac ſulphure animabant, verum ignis adeo nil valuit, ut etiam veſtimenta femina ab omni flammarum injuria manſerint illæſa. Indicibile eſt, quanta populi admiratio exorta ſit! curſitatum eſt agminatum ad templum illud Beate Virginis, ut una cum muliere Deo & Deiparæ grates agerent, tantumque miraculum communi lætitiæ celebraretur. Dilectiffimi Chriftiani! reſpice, non ad hanc mulierem, ſed ad fidelem animam, non homicidii, ſed omnino Deicidii ream, quæ non quidem propter culpam jam Sacramento remiſſam, ſed propter reatum poenæ reſiduum, non ad juſtitia humane, ſed juſtitia Divinæ rogam damnata eſt. Ah! peccati Pœnitentiſſima Virgo ignem illum elementarem ira ſopire, ut ſemina nec hilo nocerent, poterit etiam ignem poenalem ita mitigare, aut omnino extingui, ut quod miſericordis animabus ad ſalutem deſt, ipſa deſuis meritis ſuppleat. Veſtrum autem eſt, ut in hoc templo, ad quod in ſolatiū animarum hodie numeroſe conſiſtiſti, ad ſanctiſſimam Virginem cum Seraphico Bonaventura in Litanis, ſuppliciter clametis: *Oramus te, Piſſima Virgo, ut eis, quos in purgatorio examinat ignis, impetres reſiſterium.*

11. Epilogus. Atque ſic tandem, mi Chriftiane, fatis ſuperque perſpicis, quam ſublimem dignitatem Beatiffima Virgo ana cum Divina Maternitate aſſicuta ſit. Queritur a Doctis, cur Sancti Evangeliftæ tam parum de Beatiffima ſcripſerint? cur non mentionem fecerunt profundiffimæ ejus humilitatis? incomparabilis venuſtatis tam corporis quam animæ? illibatæ caſtatis? ardentiffimæ caritatis? altiffimæ contemplationis & unionis cum Deo? ſcripſerunt ſuſe de Maria Magdalena, de Zachæo, de Mathæo, de Samaritana, & aliis: cur non etiam de Beatiffima? an deſuere in illa virtutum exempla memoratu digna? Miniſter gentium! ſed reſpondet S. Thomas de Virtutibus: Evangeliftæ ſiluerunt propterea, quia Virginis gloria cogitari magis poterat, quam deſcribi. Imo ipſa Beatiffima ſuam magnitudinem quaſi capere non poterat, ideo ſynoptice dominum dixit in quo cantico: *Magnificat anima mea Dominum, quia fecit mihi magna.* (Luc. 1.) Sed quam ſunt illa magna? Beatiffima tacite obſtupescit, & ego ruditer repeto, quæ dixi: ſunt illa magna; quia Deus illum eo momento, quo Mater Dei facta eſt, conſtituit Dominam Ecclefie triumphantis, Dominam Ecclefie militantis, Dominam Ecclefie purgantis. Tu mi Chriftiane, dum Mariam ſub prima ratione conſideras, ora illam pro gratiæ Divinæ adiutorio, quod dignus officiaris illius celeſtis illius gloriæ particeps fieri. Dum Mariam ſub altera ratione conſideras, ora illam, ut inter mundi tentationes & tribulationes te non deſerat. Dam denique ſub tertia

ratione conſideras, ora illam, ut terribiles purgatorii flammæ tibi extinguat, aut abbreviet. Amen.

In Feſto Paſchatis.

CONCEPTUS L.

De operibus bonis ac meritoris, & quid ad illa requiratur.

Surſexit, non eſt hic, ecce locus, ubi poſuerunt eum. Marc. 16.

Cum aliquando a mortuis reſurgemus, bona opera erunt uſualem noſtram ſolatiū.

1. Feliciſſimum nuntium! Beata diſci! poſquam per cruentam quam elapſa ſeptimana deploravimus, Paſſionem, ac mortem opus noſtræ Redemptionis conſummatum eſt; hodie Salvalor triumphata Morte, Mundo, ac Dæmone, e ſepulchro glorioſius reſurrexit, ultimamque colophanā, ut ita dicam, noſtræ Redemptionis adjunxit. An jam composita ſunt omnia? an jam de effectu Paſſionis Dominicæ, id eſt, noſtræ ſalutæ certificat ſumus? an nihil amplius ex parte noſtræ deſicit? Si hæc quaſtionem Lutheranorum proponam, cordate reponi, nihil amplius deſicere, quia per merita Chriſti ut nobis per fidem imputatam juſtificamur & ſalvemur; eſto, fuerit, adalterer, occidam, & quavis ſcelera committam, modo credam, Chriſtum pro me factiſſiciffe, ſalvus ſum! verum perverſo huic dogmati contrariatur veritas Catholica, docens, non poſſe nos mortis, reſurrectionis, & meritum Chriſti participes fieri, niſi per noſtram cooperationem: Non ideo Chriſtus Dominus famem & ſitim ſuſtinuit, ut nos in conviviſ & commellationibus voremus & helleuam! non ideo Chriſtus Dominus humilitatiſ ſe uſque ad mortem, ut nos pompam ſaculi ſedantes in vanitate & ſuperbia ambulemus! non ideo Chriſtus, Dominus contemptum, tormenta & dolores in te ſuſcepit, ut nos in cubilibus & impudicitis voluptatibus latiamur! Errat, quiſ que ſta ſentit necesse eſt, ut per bona opera certam noſtram vocacionem & electionem faciamus; veniet aliquando decretoria dies, quæ & nos poſt mortis ſonnum in ſepulchro reſurgemus, omnes quotquot hoc in templo adſumus, reſurgemus; quemadmodum igitur reſurgens Dei Filius ſacraſſimas vulnerum cicatrices in manibus pedibusque tanquam ſus Paſſionis ſignacula retinuit; ita opus erit, ut in die reſurrectionis noſtræ eundem in morem bonorum operum teſtimonia nobiſcum ad Jucium afferamus; dudum enim pronuntiavit dilectus Chriſti Apoſtolicus: *Procedens, qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionem judicii.* (1. Thimo. 5.) Quid ſequitur? ſequitur, quod durante hujus vitæ tempore colligendis bonorum operum theſauris tanto impenſius inſuda-

Rt 4 re de-